306

Nobilis Stanislaus Ilnicki Jaroszowicz sive eius successores ad Instantiam praefatae Nobilis Annae Ilnicka Jaroszowiczowa sive eius successorum ex hinc vel Cessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate proma iori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Iudicorum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo nec praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaworski Jaworskiemu.
Adscribit.

950

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Iacko Jaworski sanus mente et corpore existens a Terris Di

ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense [illegible]

4

strictibus Juribus Jurisdictionibusq. Suis quibusuis proprijs et
Competentibus recedendo praesenti Vero castrensi Capita:
neali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem
attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omni:
bus totaliter et plenarie incorporando atq. Subijciendo
palam libere, publice, ac per expressum recognouit, Quia
ipse ad priorem Summam Octuaginta Florenorum Poloni:
calium per se Recognoscentem Nobili Iwan Jaworski
Fratri Suo germano Acti officij praesentis inscriptam et
Super bonis Juribus illius Subiectis, Videlicet Laborioso Iwan
Subdito in Villa Mielnicze Terrae Vero et Districtu praesen:
ti Praemysliensi iacentibus et consistentibus modo obliga:
torio ad Soluendum assecuratam, aliam Summam Qua:
draginta Quinq. Florenorum Polonicalium ab eodem Supra:
scripto Nobili Iwan Jaworski fratre suo leuatam adiicit ad:
iungit et associat, atq. in Vnum copulat, ita Vt Summae eaedem
Vtraeq. combinatae efficiant Summam simul iunctam Cen:
tum Viginti quinq. Florenorum Polonicalium In qua qui:
dem Summa simul iuncta et in Vnum copulata idem Su:
prascriptus Recognoscens Nobilis Jacko Jaworski bona Jur:
ibus Suis Subiecta Videlicet Laboriosum Suprascriptum Iwan
Subditum et alios Fedor et Winn Subditos, cum omni praemisso:
rum Jure Dominio proprietate tituloq. obligatorio omnibusq.
et Singulis Vtilitatibus fructibus, prouentibus, redditibus, emo:
lumentis commodis obuentionibus, attinentijsq. et pertinen:
tijs generaliter Vniuersis, nihil ex praemissis Juris Dominij
proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae
pro se Recognoscente Suisq. Successoribus, aut quopiam
alio reseruando seu excipiendo, Verum ita late longe
circumferentialiterq. prout praefatorum bonorum praesens

3067

+

Obligatorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et praetenditur, et prout eadem ipsemet Recognoscens, tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq́ concernebant ac eidem legitime serviebant Iam ex nunc et defacto supra scripto Nobili Iwan Iaworski fratri suo germano et ipsius Successoribus, hinc et a data praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post annum Unum proxime Venturum incidens, et in defectu pro tunc eorundem bonorum exemptionis, summaeq́ memoratae totalis et integrae realis persolutionis ex tunc de anno ad annum, Festo ad Festum pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinantibus Annis et Festis sese continue et immediate Sequentibus, usq́ ad Exemptionem bonorum eorundem supra scriptorum summaeq́ memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit, et invadiat praesentibus, In quae quidem bona superius specificata praemissaq́ omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata. Iam ex nunc et defacto is idem supra scriptus Recognoscens Nobilis Iacko Iaworski supra scripto Nobili Iwan Iaworski fratri suo germano obligatario suo eiusq́ posteris Coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq́ possessionem per Ministerialem quemcunq́ Competentem et Nobiles duos die quacunq́ voluerit Officioso acceptarum. Per ipsum obligatarium suum eiusq́ posteros haec eadem bona praemissaq́ omnia praesentibus invadiata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentibusq́ et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisq́ quiete et pacifice Usufruendi ac ad Usus suas suorum

Successorum.

successorum quouis beneplacitos libere et effectualiter
conuertendi modo ac Iure Obligatorio Debetq et tene:
bitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pe:
cuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obli:
gat praesentibus in dictis bonis praemissisq omnibus per
se Recognoscentem inuadiatis, et ratione eorundem eme:
ion ab omni et quavis impetitione Iuridica quorumcunq
personarum, cuiuscunq conditionis status et sexus cuius:
uis existentium exoriunda in omni Iudicio et Officio Re:
gni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere,
euincere intercedere et eliberare, indemnemq eum
pestitis reddere, necnon bona eadem bona praemissaq
omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et in
uadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus
priorib et posterioribus super praemissa omnia modo
quouis cuicunq personarum factis et faciendis tum
etiam a quibusuis litationibus, in eadem bona supra
scripta modo quocunq importatis et importandis lucris
demiq et perlucris processibusq Iuris quibusuis in quo:
cunq puncto et gradu iuris dependentibus, et in quouis
Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super prae:
missis bonis praesentibus Obligatis perductis et perducendis
emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac
etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti ad
missam, in fundo bonorum praesentibus inuadiatorum dum
per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non
denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et
effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possorem

et Usum fructum praemissorum omnium praesentibus inua:
diatorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non praepedire nec
adimere, ipsumq[ue] Obligatarium suum et illius posteros
in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo
iniuriari, ita Ut haec eadem bona praemissaq[ue] omnia
praesentibus invadiata, idem obligatarius suus cum suc
cessoribus suis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis
obligatoriae Vigore tenere habere et possidere quoatil:
lisq[ue] Uti frui possit, usq[ue] ad Exemptionem bonorum eorundem
Summaeq[ue] memoratae totalis et integrae realem ac effecti
vam persolutionem Idq[ue] sub Vadio similis summae supra
scriptae aliorum Centum Viginti Quinq[ue] Florenorum Polo:
nicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros
supradicto Obligatario suo ipsiusq[ue] successoribus ob non
Completionem praemissorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solven:
dum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo prae:
misso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principa
li ex praemissis non completa complenda Citatus exi
stens memoratus Recognoscens Nobilis Iacko Jaworski
sive eius successores, ad instantiam praefati Nobilis I:
wan Jaworski fratris sui germani sive eius successorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense
ex nunc racessa suprascripto quo ad respondendum spe:
ctat mediante. Scribantur ligamenta ex priori Usq[ue] ad finem
iuxta formam Cancellariae.

Jaworski Jaworskiemu Donat

Comparens.